



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VI. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf seine väterlichen Besitzungen in Bethen, am 22. November 1233.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

V. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Kloster Ebstorf die Proprietät über zwei von ihm daselbst zu Lehn gehende Höfe, im Jahre 1230.

Sifridvs, Dei gracia Comes in Osterborch, omnibus ad quos hoc breue peruenerit salutem et dilectionem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos benedictionis eterne nobis memoriam facere cupientes, de duabus domibus in Ebbekestorpe antiquo sitis, quas Hermannus de Hagene pfeodaliter de nobis tenuit, monasterio in Ebbekestorpe proprietatem contulimus possidendam. Vt autem facti nostri memoria inconuulsa permaneat, hanc nostre donationis cedulam sigilli nostri caractere fecimus communiri. Datum Brunfwich, anno graciae M. CC. XXX. Amen.

Origin. Guelfic. IV, 152.

VI. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf seine väterlichen Besitzungen in Vethen, am 22. November 1233.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Comes Sifridus de Osterburch, salutem in Christo fidelibus uniuersis. Cum leges et iura veterum instituto patrum quibusdam corroborentur instrumentis, oportet ea temporis instantis rationibus innovari, propter vitiosam quorundam modernorum consuetudinem, que solet antiquorum priuilegiis obuiare. Innotescat igitur uniuersitati fidelium, quod in honore Dei genetricis Marie, predecessores mei in Vethene quicquid libere possidebant, Nygendorpe contuli, ministris ejus jugiter possidendum. Vt ergo hec rata et inconuulsa permaneant, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Datum in Osterborg, anno incarnationis Domini Millefimo ducentesimo trigesimo tertio, Decimo Kalend. Decembr.

Lenz Brand. Urk. S. 33. — Beckmann a. D. Kap. X, 106.

VII. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzoge Otto von Braunschweig seine Besitzungen zu Dinesdorf und Lengete, am 12. April 1235.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Sifridus, Dei gratia Comes de Osterborch, omnibus in perpetuum. Ne fluxu temporis in obliuionem veniat et labatur, quod ab hominibus geritur infra tempus, scriptis solet et testibus rationabiliter confirmari. Ad noticiam igitur uniuersorum presentium et futurorum volumus peruenire, quod nos, consensu et compromissione heredum nostro-